Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8457
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Respondentes autem dixerunt ei, De
bono quia non lapidamus
te sed de blasphemia; et
quia tu homo cum sis facis
teipsum deum. Respondit eis
ihs. Nonne scriptum est in
lege vestra quia ego dixi
dii estis? Si illos dixit
deos ad quos sermo dei
factus est et non potest solvi scri
ptura quem pater sanctificavit
et misit in mundum vos
dicitis quia blasphemas; quia
dixi filius dei sum. Si non
facio opera patris mei; no
lite credere mihi. Si autem facio;
et si mihi non vultis credere
operibus credite; ut cognos
catis et credatis quia in
me pater est, et ego in patre.
Eripe me de inimicis meis domi
ne et ab insurgentibus in me
Hymnus. Secreta libera me domine,
nobis miserere deus ut
hostias placationis et lau
dis sincerae tibi offerant? ob
sequio. Comunio. Lavabo inter innocen
tes manus meas et circumdabo
altare tuum domine ut audiam vocem
laudis tuae ut enarrem omni
bus mirabilia tua. Postcomunio.
Celestis domini benedi
ctione perepta supplices
te deus omnipotens deprecamur;
ut hoc tempus nobis et sacramen
tum causa sit et salutis. Super populum.
Familiae tuae quesumus domine
adsiste propitiator, et animam
tuam credere poscentibus; quibus
semper fiat obedientia, et tua
dona propitiatus. Per. Fiat quaesumus.
Omnia quae fecisti nobis
domine in vero iudicio
fecisti quia peccavimus tibi
et mandatis tuis non obedivimus
sed da gloriam nomini tuo secundum
multitudinem misericordiae tuae. Per. Ma
gnus dominus et laudabilis nimis
in civitate dei nostri in monte sancto eius.
Oratio quesumus omnipotens deus, oro.
Ut dignitas condi
tionis humanae per im
moderantiam sanctae, me
dicinalis parsimoniae
studio reformetur. Lectio da
In diebus illis; oratio iudicis apl'e.
David dominum dicens,
Domine deus meus ne despicias